

## §. 7.

*Deus semper vult optimum.*

*Deus semper vult optimum.*

Gaudet enim voluntate perfectissima (§. 6.). Hæc vero subsistere non potest, nisi semper velit optimum; Deus igitur semper vult optimum (§. 6.).

## §. 8.

*Voluntas Dei est principium omnium rerum existentia.*

*Voluntas Dei est principium omnium rerum exist-*

*stentia.*

Ratio existentia hujus Universi continetur in Deo (§. 1.), & quidem in ejus voluntate (§. 6.). Ratio itaque omnium rerum existentia, tanquam quæ omnes hoc Universum constituunt, est in Voluntate Dei. Id, quod continet rationem alterius, dicitur ejus principium. Ergo Voluntas Dei est principium omnium rerum existentia.

Dum hic asserimus, Voluntatem Dei esse omnium existentiarum principium, facile absque monitione patet, me hic affirmare, quod omnia existant unice per voluntatem Dei potentem, qua omnibus dat existentiam. Confirmant hoc Sacrae Literæ, imprimis historia Creationis, ubi legimus, omnia ad nutum Dei momentanee existisse. Ita cum Deus dicebat: *fiat Lux*, statim adjicitur, *& erat* Gen. 1. v. 3. Ubi videmus, Deum omnia facere per nutum suæ Voluntatis.

## §. 9.

*Sanctum & Sanctitas quid?*

Quemadmodum Sanctum in genere significat separationem (ita nimirum in V. T. vasa templi vocabantur Sancta, quoniam separata erant ab usu communi & solummodo dicata cultui ceremoniali); ita respectu ad Deum & entia rationalia Sanctum est, quicquid separatum est ab omni imperfectione. Sanctitas itaque est separatio ab omni imperfectione.

## §. 10.